

La metodología histórica de Paulo Orosio

Uno de los aspectos de las *Historiae adversum paganos libri VII* de Paulo Orosio¹ que hasta ahora apenas ha sido tratado es el de su metodología, es decir, los principios metodológicos según los cuales ha compuesto su obra histórica, los cuales, por otra parte, los menciona expresamente. Esta cuestión es especialmente importante si tenemos en cuenta que su obra constituye la primera historia universal cristiana².

Las reflexiones metodológicas aparecen al principio de la obra (*prologus* al libro 1) y en otros prólogos (*praefatio* al libro 3 y *praefatio* al libro 4). Al principio y al final de las *Historiae* (1, 12, 1; 2, 18, 4-5 y 7, 43, 16-20) encontramos también observaciones metodológicas. Orosio era por tanto muy consciente de su tarea como historiador e incluso ha incluido en su obra estas consideraciones metodológicas que vamos a examinar a continuación:

Liber primus. Prologus

Praeceptis tuis parui, beatissime pater Augustine; atque utinam tam efficaciter quam libenter. quamquam ego in utramvis partem parum de explicito mouear, rectene an secus egerim. 2 tu enim iam isto iudicio laborasti, utrumne hoc, quod praeciperas, possem: ego autem solius oboedientiae, si tamen eam uoluntate conatuque decorauī, testimonio contentus sum. 3 nam et in magna magni patrisfamilias domo cum sint multa diuersi generis animalia adiumento rei familiaris commoda, non est tamen canum cura

1 Seguimos la edición de K. Zangemeister, Leipzig, Teubner, 1889.

2 Véase J. M. Alonso-Núñez, «La transición del mundo antiguo al medieval en la Historiografía. La primera historia universal cristiana: Las *Historiae adversum paganos* de Paulo Orosio», en *Fundación Sánchez Albornoz. III Congreso de Estudios Medievales*, León 1993.

postrema; quibus solis natura insitum est, uoluntarie ad id quod praeparantur urgueri et per ingenitam quandam oboedientiae formulam sola disciplinati timoris exspectatione suspendi, donec ad peragendi licentiam nutu signoue mittantur. 4 habent enim proprios appetitus, quantum brutis excellentiores tantum rationalibus propinquantes, hoc est discernere amare seruire. 5 nam discernentes inter dominos atque extraneos non eos quos insectantur oderunt sed iis quos amant zelant, et amantes dominum ac domum non quasi ex natura apti corporis uigilant, sed ex conscientia solliciti amoris inuigilant. 6 unde etiam mystico sacramento in Euangeliis, quod edant micas catelli sub mensa dominorum, et Chananaea non erubuit dicere et Dominus non fastidiuit audire. 7 beatus etiam Tobias, duces angelum sequens, canem comitem haber non spreuit. 8 igitur generali amori tuo speciali amore conexus uoluntati tuae uolens parui. nam cum subiectio mea praecepto paternitatis tuae factum debeat totumque tuum sit, quod ex te ad te redit, opus meum, hoc solo meo cumulatius reddidi, quod libens feci.

9 Praeceperas mihi, uti aduersus uaniloquam prauitatem eorum, qui alieni a ciuitate Dei ex locorum agrestium conpitis et pagis pagani uocantur siue gentiles quia terrena sapiunt, qui cum futura non quaerant, praeterita autem aut obliuiscantur aut nesciant, praesentia tamen tempora ueluti malis extra solitum infestatissima ob hoc solum quod creditur Christus et colitur Deus, idola autem minus coluntur, infamant: 10 praeceperas ergo, ut ex omnibus qui haberi ad praesens possunt historiarum atque annalium fastis, quaecumque aut bellis grauia aut corrupta morbis aut fame tristia aut terrarum motibus terribilia aut inundationibus aquarum insolita aut eruptionibus ignium metuenda aut ictibus fulminum plagisque grandinum saeua uel etiam parricidiis flagitiisque misera per transacta retro saecula repperisem, ordinato breuiter uoluminis textu explicarem. 11 maxime cum reuerentiam tuam perficiendo aduersum hos ipsos paganos undecimo libro insistentem quorum iam decem orientes radii mox ut de specula ecclesiasticae claritatis elati sunt toto orbe fulserunt 12 leui opusculo occupari non oporteret et sanctus filius tuus, Iulianus Carthaginensis, seruus Dei, satisfieri super hac re petitioni suae eadem fiducia qua poposcit exigeret: 13 dedi operam et me ipsum in primis confusione pressi. cui plerumque reputanti super modum exaestuauisse praesentium clades temporum uidebantur. 14 nactus sum enim praeteritos dies non solum aequae ut hos graues, uerum etiam tanto atrocius miseros quanto longius a remedio uerae religionis alienos: ut merito hac scrutatione claruerit regnasse mortem auidam sanguinis, dum ignoratur religio quae prohiberet a sanguine; ista inlucescente, illam constupuisse; illam concludi,

cum ista iam praeulet; illam penitus nullam futuram, cum haec sola regnabit: 15 exceptis uidelicet semotisque illis diebus nouissimis sub fine saeculi et sub apparitione Antichristi uel etiam sub conclusione iudicii, quibus futuras angustias, quales ante non fuerint, dominus Christus per scripturas sanctas sua etiam contestatione praedixit, 16 cum secundum ipsum quidem qui et nunc et semper est modum uerum apertiore ac grauiore discrimine, per intolerabiles tribulationes temporum illorum sanctos probatio, impios perditio consequetur.

La primera historia universal cristiana ha aparecido siguiendo un mandato de san Agustín. Así comienzan las *Historiae aduersum paganos* (*Prologus* 1). Como es sabido la obra de Orosio fue concebida como un complemento del *De ciuitate Dei* y vio la luz después de que fueron publicados los diez primeros libros de esta teología de la historia de san Agustín (*Prologus* 11). El final de las *Historiae* de Orosio refleja acontecimientos de los años 417/8³. Los libros restantes de *De ciuitate Dei* han aparecido después de esta fecha y por tanto no han influido sobre la obra histórica de Orosio.

Sin duda ha perseguido Orosio en la historiografía poner de relieve esto que había sido trazado por san Agustín en su teología de la historia sobre la evolución de la humanidad. Paulo Orosio insiste en que ha compuesto su obra por encargo de san Agustín (*Prologus* 8). El estímulo para componer la obra fue la necesidad que tenían los cristianos de defenderse de las acusaciones de los romanos sobre las catástrofes de Roma, pues según los paganos habían sobrevenido acontecimientos desastrosos porque se había olvidado a los antiguos dioses de Roma y es justamente esto lo que intenta rebatir (*Prologus* 9). Pero esta apologética de Orosio se ha transformado en la primera historia universal cristiana.

San Agustín deseaba que se escribiese un compendio sobre las calamidades del pasado (*Prologus* 10). Orosio, sin embargo, ha ido más allá del mandato de san Agustín como lo prueba, por ejemplo, el minucioso relato sobre los acontecimientos en Hispania. La obra historiográfica de Orosio es la respuesta a la crisis en la que ha vivido y de la que es plenamente consciente (*Prologus* 13). Sin lugar a dudas que esta crisis contribuyó de manera decisiva a la composición de la primera historia universal cristiana.

3 Consúltese J. M. Alonso-Núñez, «Orosius in Contemporary Spain», en *Studies in Latin Literature and Roman History* V (Bruxelles 1989). 492-507.

La tesis fundamental de Orosio es que el pasado era mucho peor que el presente porque los hombres se encontraban alejados de la verdadera religión (*Prologus* 14). Enfoca, pues, las cosas desde el punto de vista de la religión cristiana. El carácter específicamente historiográfico de la obra de Orosio se nota en que no se ha ocupado ni de los últimos días de la humanidad (*Prologus* 15) ni del juicio final (*Prologus* 16) como es el caso de las obras consagradas a ofrecer una interpretación teológica de la historia. El prólogo al Libro I de las *Historiae adversum paganos* constituye el programa de la obra entera.

I, 12, 1.

At ego nunc cogor fateri, me prospiciendi finis commodo de tanta malorum saeculi circumstantia praeterire plurima, cuncta breuiare. nequaquam enim tam densam aliquando siluam praetergredi possem, nisi etiam crebis interdum saltibus subuolarem.

Este pasaje muestra, en contra de la opinión de que los autores de compendios actuaban sin un plan, que Orosio, autor de un resumen de historia universal, sabía muy exactamente que para completar su obra debía omitir o abreviar mucho.

II, 18, 4-5.

4 Ecce paruissima pagina uerbisque paucissimis quantos de tot prouinciis populis atque urbibus non magis explicui actus operum, quam implicui globos miseriarum. quis enim cladem illius temporis, quis fando funera explicet aut aequare lacrimis possit dolores? 5 uerumtamen haec ipsa, quia multo interiectu saeculorum exoleuerunt, facta sunt nobis exercitia ingeniorum et oblectamenta fabularum. quamquam si quis intentius adhibeat animum seseque toto mentis adfectu ipsis paene causis bellisque permisceat ac rursus uelut in arce spectaculi constitutus utrumque in suis qualitatibus tempus permittatur, facile dixerim eum iudicaturum, neque illa nisi irato atque auersato Deo posse tam infeliciter perturbari ac permisceri neque ista sic nisi propitio et miserante conponi.

Aquí se pone de manifiesto que Orosio es muy consciente de que compone un bosquejo, pues él escribe tan brevemente como posible sobre provincias, pueblos, ciudades y hechos (2, 18, 4). La brevedad es también una de las características del boceto de Orosio, cuya intención es redactar un esquema apologético para demostrar que el presente es mejor que el pasado (2, 18, 5). Esta característica apologética es el signo que distingue claramente la primera historia universal cristiana de las historias universales paganas, como las *Historiae Philippicae* de Pompeyo Trogo.

Liber tertius. Praefatio

Et superiore iam libro contestatus sum et nunc necessarie repeto secundum praeceptum tuum de anteactis conflictationibus saeculi: nec omnia nec per omnia posse quae gesta et sicut gesta sunt explicari, quoniam magna atque innumera copiosissime et a plurimis scripta sunt, scriptores autem etsi non easdem causas, easdem tamen res habuere propositas: quippe cum illi bella, nos bellorum miserias euoluamus. 2 praeterea ex hac ipsa de qua queror abundantia angustia oritur mihi et concludit me sollicitudo nodosior. si enim aliqua studio breuitatis omitto, putabuntur aut mihi nunc defuisse aut in illo tunc tempore non fuisse; si uero significare cuncta nec exprimere studens compendiosa breuitate succingo, obscura faciam et ita apud plerosque erunt dicta, ut nec dicta uideantur: maxime cum e contrario nos uim rerum, non imaginem commendare curemus; breuitas autem atque obscuritas, immo ut est semper obscura breuitas, etsi cognoscendi imaginem praefert, aufert tamen intellegendi uigorem. sed ego cum utrumque uitandum sciam, utrumque faciam ut quocumque modo alterutra temperentur, si nec multa praetermissa nec multum constricta uideantur.

Los pensamientos expresados en el prólogo al libro 1 son un motivo conductor de la obra. En la misma línea menciona Orosio en el prefacio al libro 3 que ha compuesto su obra por encargo de san Agustín (3 *Praefatio* 1), que escribe sobre el pasado para compararlo con el presente (3 *Praefatio* 1) y que por esto debe escribir un compendio (3 *Praefatio* 1). Sin embargo, en este pasaje aparece un nuevo elemento con el cual Orosio intenta diferenciarse de los otros historiadores, porque él no quiere escribir sobre las guerras, sino sobre la miseria de las guerras (3 *Praefatio* 1).

Además de esto hay que poner de relieve que Orosio se da perfectamente cuenta de las dificultades que entraña la composición de un sumario, ya que omite muchos acontecimientos por razón de la brevedad, pero que si quiere incluirlo todo mucho quedará en la oscuridad (3 *Praefatio* 2). Esto es una prueba también de que el autor piensa que es necesario ejercer una selección sobre los materiales a disposición del historiador. Como es lógico, para él está perfectamente claro que con la brevedad quedan muchas cosas omitidas, pero, no obstante, intenta incluir tanto como le sea posible (3 *Praefatio* 3). Todo esto constituye una prueba más de que ha conocido muy bien los principios de la tarea historiográfica.

Liber quartus. Praefatio.

Dixisse Aenean Virgilius refert, cum post pericula sua suorum-que naufragia residuos aegre socios solaretur, «Forsan et haec olim meminisse iuuabit». 2 haec sententia, semel apte ficta, semper uim sui triplicem diuersissimis effectibus refert, cum et praeterita tanto gratiora habentur in uerbis quanto grauiora referuntur in gestis et futura dum desiderabilia fastidio praesentium fiunt semper meliora creduntur, 3 ipsis autem praesentibus ob hoc nulla in parte miseriarum iusta comparatio adhiberi potest, quia multo maiore molestia adficiunt quantulacumque sint ista quae sunt quam illa quae siue transacta siue uentura, etsi magna dicuntur, interim omnino tunc non sunt. 4 ueluti si quis nocturnis pulicibus titillatus atque ex eo uigiliis anxius alias forte, quas aliquando ex ardentissimis febribus diu sustinuit, uigilias recorderet, procul dubio impatientibus feret istarum inquietudinem quam illarum recordationem. 5 sed quamuis apud omnium sensus pro captu temporum ita uideri queat, numquid tamen aliquis existet, qui uel in ipsa anxietate pronuntiet grauiore pulices esse quam febres? aut acerbius accipiat se uigilare sanum quam dormire non potuisse moriturum? 6 quae cum ita sint, delicatis istis et querulis nostris utcumque concedo, ut haec, quibus nunc, quia sic expedit, interdum admonemur, sentiendo grauiam putent, non tamen conuideo, ut etiam adserant comparando grauiora. 7 quemadmodum si quis e mollissimis stratis cubiculoque percommodo matutinus egrediens nocturno gelu lacunarum dorsa obriguisset herbasque incanuisse prospiceret et inopinato uisu admonitus diceret «frigus est hodie»: hic mihi nequaquam reprehendendus uideretur, quia uel communi usu uel proprio sensu locutus esset. 8 at si trepidus in cubiculum recurrens stratisque sese adoperiens uel magis abdens clamaret, tantum omnino frigus esse quantum nec in Appennino aliquando fuerit, cum Hannibal elephantos equos plurimamque exercitus sui partem niuibus clausus atque oppressus amisit: 9 hunc ego puerilibus licentiis nausiantem non modo dicentem ista non ferrem, sed etiam ab ipsis stratis, otii sui testibus, in populum publicumque protraherem, eique foras producto infantes in eo atque ex eo gelu ludentes iucundantes sudantesque mostrarem, 10 ut uerbosa nugacitas delicatis uitata nutrimentis non in tempore uiolentiam sed in se esse signitiam doceretur et in comparatione rerum diiudicanda non maiores parua tolerasse sed se nec parua tolerare sufficere probaretur.

11 Quod euidentius ipsis in memoriam reuolutis praeteritorum cladibus adprobabo Pyrrhi bello in primis, sicut ordo est, prodito, cuius causa et origo haec fuit.

El programa ideológico de Orosio aparece por doquier como lo demuestra el prefacio al 4 libro, donde sigue a Virgilio, *Eneida* 1,

203 para subrayar que el pasado es mucho peor que el presente. El resto de este prefacio contiene explicaciones de tipo retórico.

7, 43, 16-20

16 ex quo utcumque concesserim, ut licenter Christiana tempora reprehendantur, si quid a conditione mundi usque ad nunc simili factum felicitate doceatur. 17 manifestaui, ut arbitrator, atque ostendimus non magis uerbo paene quam digito innumera bella sopita, plurimos extinctos tyrannos, compressas coangustatas ad-dictas exinanitasque immanissimas gentes minimo sanguine, nullo certamine ac paene sine caede. 18 superest ut obtrectatores nos-tros molitionum suarum paeniteat ueritatique erubescant Deum-que uerum et solum, qui potest omnia, credant timeant diligant et sequantur, cuius omnia, et quae mala putant, bona esse didice-runt.

19 Explicui adiuuante Christo secundum praeceptum tuum, bea-tissime pater Augustine, ab initio mundi usque in praesentem diem, hoc est per annos quinque milia sescentos decem et octo, cupiditates et punitiones hominum peccatorum, conflictationes saeculi et iudicia Dei quam breuissime et quam simplicissime po-tui, Christianis tamen temporibus propter praesentem magis Christi gratiam ab illa incredeulitatis confusione discretis. 20 ita iam ego certo et solo, quem concupiscere debui, oboedientiae meae fructu fruor; de qualitate autem opusculorum tu uideris qui praecepisti, tibi adiudicanda si edas, per te iudicata si deleas.

Al final de la obra, dice Paulo Orosio que ha sido su intención escribir desde la creación del mundo hasta sus días (7, 43, 16). Orosio ha compuesto por tanto una historia universal. El habla también de su intención moral (7, 43, 17-18), lo que es un rasgo común con los historiadores romanos. Los últimos párrafos están dedicados a caracterizar su obra: encargo de san Agustín, época que él historia, providencialismo como guía principal de su pensamiento, rasgos del resumen de su obra y, finalmente, encomienda al futuro el juicio de su obra (7, 43, 19-20).

JOSÉ MIGUEL ALONSO-NÚÑEZ